

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die decima octaua Nouembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

inquit Cambrius, alias Maclonius, Venedotice gentis alumnus, doctrinæ ac sanctitatis nomine clarissimus ab historiographis celebratur. Nullus reuera prodijt ex ea regione, aut ore facundior, aut vita modestior vñquam, vt testes sunt eius temporis scriptores nonnulli: præ cæteris Bilius, Armoricanus lenita, & encomiastes eius præcipuus.

### Die decima octauia Nouembris.

#### *De sancto Mombolo abate.*

*Ex Lectionibus Nouiomenibus, & historia plenius manu-scripta:*

**I**N Gallijs, natalis sancti M o m b o l i confessoris Qui fuit collega sanctorū Fursei, Ultani, Foillani, Boëtij, Eloquij, Adalgisi, atque Columbani, abbas in Latiniaco, sed sciens discipulorum suorum animos diaboli instinctu contra eum excitatos, relicitis omnibus, cum paucis fratribus super flumium cui nomen est Isara, loco qui antiquo vocabulo Condrynius nuncupatur, eremiticam duxit vitam: ibique à religiosis viris suscepitus est, & ab Eligio episcopo per totam suam diœcensem prædicandi licentiam accepit, ac tandem sanctitate & miraculis celebris ad cæli aulam ascendit. Postea vero visum est Aletgario pontifici Cameracensi, ad cuius dominium pertinet ipse locus & Aichario præsuli Nouiomensi, in cuius diœcesi requiescit, corpus sanctum ad Principis Apostolorum ecclesiam transferre, ubi etiam Dominus multa per eum est operatus.

Fuit & aliis abbas, eximiusque confessor

K k 2

Mon-

Nouēbris 27.

N A T A L E S

Bremariū Mombolus, vel potius Mommolus, qui ex visita-  
Burdegatē tione liminum beati Iacobi remeans, Burdegalis  
se, sexto I-  
dus augu-  
stī.  
migravit ad Dominum, in monasterio S. Crucis.

Vigesima <sup>a</sup> prima Nouembris.

De martyrio Alberti episcopi Leodiensis.

Ex Martyrologio ecclesiae Bruxellensis, Innocentio  
terio, Neubrigensi, & informatione Decani Rhe-  
mensis.

**A** pud ciuitatem Rhemensem Albertus episcopus Leo-  
diensis, vir miræ sanctitatis, frater Henrici magni  
Lotharingiæ ac Brabantæ Ducis, ob custodiam ec-  
clesiasticæ libertatis, de mandato Henrici imperatoris, in-  
te:emtus occubuit.

Legia quem legit, electum Roma probauit,  
Rhemis lacrauit, sacramentum martyrizauit.

Hæc in Martyrologio Ecclesiae Bruxellensis  
leguntur, sed quod utcumque recenter authori-  
tate Capituli ab uno Canonicorum est cōgestum.  
Cùm enim in canonem sanctorum martyrum  
non sit relatus, conuenientius Ecclesia Rhemen-  
sis eum in libro tantum obituum sequentibus ce-  
lebrat verbis: Obiit Albertus Leodiensis episco-  
pus, frater ducis Louaniensis, pia recordatio-  
nis vir, auctoritate Apostolica Rhemis à domino  
Wilhelmo archiepiscopo in presbyterum ordi-  
natus, & in episcopum Leodiensem consecratus.  
Nouem septimanis & duobus diebus à conse-  
cratione elapsis prope muros ciuitatis Rhemen-  
sis ab Alemaniis traditoribus gladijs ac cultellis  
interfectus est. Sepultus est sub pulpito ecclie-  
sie, & in die anniversarij tumulo insterni solet  
palla lugubris. Vestimenta sanguine tintæ ha-  
bentur